

PRÆLECTIONES ACADEMICAS  
PUBLICAS AC PRIVATAS

Per instans semestre æstivum  
bono cum Deo habendas

ALMÆ LUDOVICIANÆ  
**RECTOR**  
JUSTUS FRIDERICUS  
**DILLENIUS,**

MED. D. ET P. P. ORD.

indicit, & ad eas diligenter frequentan-  
das Generosos ac Nobilissimos omnium  
Facultatum Studiosos peramanter

invitat.

GROSSE POOLICE  
HESSESCHES  
HOFF-BIBLIOTHEK

GIESSÆ-HASSORUM,

Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, ACAD. TYP. 1716.

# IN FACULTATE THEOLOG.

## JOANNES CHRISTOPH. BIELEFELD,

Prof. Theol. Primarius.

**P**ublicè Textus difficiliores in Joanne enodare continuabit, cui labori Exercitium Homiletico Practicum singulis septimanis junget: **P**rivatim, elapo nunc quadriennio, Historiam Ecclesiasticam Nov. Test. juxta Compendium Celeberrimi Theologi Lipsiensis Rechenbergii tractabit, & more hactenus consueto, collatis reliquorum Scriptorum Ecclesiasticorum Libris, ad usum hodiernum applicabit.

**IO. HENRICVS MAIVS,**

S. Theol. D. & Prof. Ord.

**O**economiam Temporum Novi Testamenti & Harmoniam simul Euangelistarum, ad Pascha CHRISTI ~~σαρκας ipsius~~ vsque deductam, publice ac priuatim explicatam, & ad usus cum theoreticos, tum practicos, rite ad applicata m B. C. D. continuabit, absolu-  
taque quatuor Euangelistarum Harmonia, per Acta Apostolorum, Epistolasque Pauli, consueta methodo decurret; *Synopsis* quoq;  
*Theologiae Iudaicae*, ante XX. fere annos editam, eo consilio exponet, vt Studiosi discant, quomodo cum misericordiis hominibus, ubique obuiis, conuersari, της αντιλεγοντας ἐλέγχειν, ἐπισομίζειν, & κρι-  
σαντειν, Θεος δόδοντο, queant. Tres per septimanam horas huic insituto impendet. Praelectiones quotidie habet hora IX. matutina & quarta vespertina.

**JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,**

D. Theol. & Prof. Ord.

**C**oeptum superiori semestri Collegium theticum, ut & pole-  
mico disputationum in B. RUDRAUFFII Controversiarum  
Syllogen, horis privatis continuabit: Horā autem publicā, legi-  
bus sibi præscriptā, pomer. III. aut in insignioribus S. Scripturæ  
**D**ictis polemice vindicandis perget, aut, si forsan magis ex usu  
votoque auditorum fuerit, juxta Clar. & Excell. BUDDEI Theo-  
logiam moralem, Vitia moresve futurorum Ecclesiæ ministrorum,  
succinctis tradere aphorismis non intermitteat. **CHRIST.**

# CHRISTOPH. LUDOV. SCHWABE GENAV.

SS. Th. Dr. atque Prof. Ordin.

**B.** D.V. per Ejus Gratiam, è longe clementissima Dispensat. A.  
S.S. in adib⁹ priuatis habendis suis Lectionibus, unica thesi non solum omnem fidei sinceritatem vel vnivers. Theol. ostentabit, ac eandem in XXXII. Tabell. per Definit. Caus. Quæst. & quæ Doctrinæ, Fidei ac Vita Canones, informatorias item Conscient. Decisiones, enodabit; sed Paulinam quoque Theologiam ex omnibus & singulis Epist. D. P. cuin eruendam, systematico tum ordine digerendam, addito semper usu practico, communib⁹ appetituris in Plegmata Theol. suæ Moral. & Collegium annuet.

## IN FACULTATE JURIDICA. BERNH. LUDOV. MOLLENBEC.

Acad. Cancellarius & Prof. Primarius,

**I**N tractatione Juris Publici publicè hora pomeridiana III. privatim autem hora XI. perget, & quæ ad Jus Privatum collegia desiderabuntur, aperiet.

## MELCHIOR DETHMAR. GROLMAN,

Consil. Hasso-Darmst. & Prof. Jur. Ordin.

**P**ublice circa IX. matutinam ad ductum Constit. Carolinæ, Criminalia tractabit, privatim Collegia sua; quæ ad Inst. Dig. & Jus Feud. habet, propediem absolvet, nova quoque, imprimis ad Jus Canonicum inchoabit.

## LUCAS. FRANZ,

Consil. & Judicij Aulici, quod est Marburgi, Assessor, ut & P. P.  
**I**N Lectionibus publicis Explicationem Institutionum Justineanarum tractabit; in Collegiis Privatis operam fidemque suam pro votis Generosissimorum ac Nobilissimorum Dominorum Studiosorum denuò offert, & si quidam ex Proiectioribus sint, quibus Theoriæ praxin addere placuerit, iis modum causas in judicio legitimè trastandi fideliter demonstrabit, simulque in reliquis discentium conatus omni meliori modo promovebit.

# IMMANUEL WEBER/ D.P.P. Ordin.

**P**ublicè hora pomerid. X. perget in *Parœmisiis Juridicis*, quæ Regularum ad instar habent, exponendis. *Privatum* perget in Collegiis ad H. Grotium de *J.B. & Pac.* ad *Instituta & Pandectas*, denuo autem ad *Institutiones Juris Justinianii* Scholas ordicitur; nec in cæteris cupidæ Legum Juventuti deerit.

# JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS

J. U. D. Prof. Extraord.

**P**ublicè jus nuptiatum præleget in Libro *Digestorum* vigesimo tertio, incipiendo; hora X. ad XI. *Privatum* verò vel in *Jus publicum*, aut feudalē denuo vel aliam juris partem collegium aperiet, prout id desiderio & utilitati Dominorum Studiosorum convenire deprehendet,

# IN FACULTATE MEDICA.

## JOH. CHRISTOPHORUS HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hasso Darmstad. Prim.

**U**bi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatrorum conatus promovere poterit.

## JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,

Med. Doct. & P. P. Ord.

**P**räelectionibus Publicis doctrinam usumque *Purgantium*, in quantum per ardua Rectoratus Academicī munia & yaledudinem senilem licebit, ex professo enucleabit. Privata industria sedulorum Philiatrorum conatus omni quoque modo promovere studebit.

## D. MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Archiater & Prof. Med. Ord.

**D**iebus septimanæ prioribus, hora 2. pomeridianâ, publice Materiam Medicam & Opérations Chymicas docebit. *Privatum* studiis & profectibus Dnn. Philiatrorum se accommodabit, quorum desideriis pro virili satisfaciet.

IO.

(5)

# JOH. CASIMIRUS HERTIUS,

*Med. D. ejusque P. P. O.*

**A**viscerum Historia, quam publicè pertractavit hactenus, ad Rei Botanica studium suo ita munere exigente nunc predicitur inque eo, quoad temporis permittet ratio, versabitur, publicas cæteroquin huic etiam labori horas consecranc. Privatum autem non deerit Dn. Commilitonibus in quacunque sive suæ professionis sive artis quoque medicæ parte alia, operam suam desideraverint.

## GEORGIUS CHRISTOPH. MÖGLER

*Phil. & Med. D. hujusque Professor Extraord.*

*Proiectiores* Dnn. *Philitros in Pathologicis*, *Candidatos* cumprimis in *Praxi ad lectum ægroti exercebit*: *Tirones vero* in *Theoreticæ Medicinæ Partibus* ordine & methodo hactenus sibi consueta sedulo instruere perget.

## IO. MELCHIOR VERDRIES, D.

*Prof. Med. Extraord.*

**P**ublice, hora pomerid. I. de *Signis Medicis doctrinam explanabit* & ad veram prudentiam medicam, etiam hac in parte, viam sternet. *Privatum Collegium consultatorium, casuale, aperiet*, & si Nobiliss. Dn. Dn. *Commilitones in aliis quoque Artis salutaris partibus operam suam expetiverint*, honestis eorum defideriis promptus occurget.

## IN FACULT. PHILOSOPHICA.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

*Philos. Experimentalis P. P. Ord. p. t. hujus Ord. Decanus,*

**D**iebus septimanæ posterioribus, hora 2. pomerid. *historiam Exoticorum*, cumprimis aromatum, tractabit. *Privatum autem Philosophiam Experimentalem* juxta ductum Armamentarii Artis & Naturæ explicabit & si Respondentes nactus fuerit selecta iis argumenta ad disputandum suppeditabit.

# JOH. HENRICUS MOLLENBECIUS,

Polit. Prof. Ordin.

**I**N *Letzionibus privatis de novo Collegium Lettorio - Examineriorum* in aphorismos suos vel Elementa prudentiae Civilis B. Cinc. Hertii habebit. Loco publicarum verò *Lettorum* in *Politicis singulis septimanis theses ad disputandum dabit*, & quacunque ratione Dominorum Studiosorum commoda augere poterit, id non intermitte.

# IOHANNES CHRISTIANVS LANGIVS,

*Prim. & Rational. Phil. P.P. Ordin.*

**P**UBLICE, singulis Mercurii Sabbatique diebus, ab hora postmerid. Ima usque ad IIItiam, praeter necessaria *Praecognoscenda Eruditionis Vniuersae*, praecipua ac selecta ex *Philosophia Instrumentali recentiori* proponet argumenta; & si qui fuerint, qui *Disputatorio conflictu* velint exerceri, in materiam publicarum velitationum, *Thesibus exinde delectis*, eadem convertet: **P**RIVATIM Tabulas Rudrauffianas, *Logicas* pariter & *Ontologicas*, denuo interpretandas sibi sumet, cursuque siue *semestrali*, siue *annuo*, (prout maxime commodum videbitur,) absoluet; non defuturus quoque desiderio illorum, qui *praecettata Artis disputandi* voluerint opera privata explicari.

# IMMANUEL WEGGER/ D.P.P. Hist. Ordin.

**P**Ublice Paroemiarum Historicarum filum continuabit, & ea ipsa quidem horâ pomerid. X. qua Juridicas alternis vicibus propositurus est. Seliget enim materias argumenti ex *Historia & jure mixti*, ut unâ fideliâ duos simul parietes dealbet, sicque utilia dulcibus miscendo punctum, quo tendit, omne se laturum sperat. **P**rivatim ad Breviarium Historicum, Titulo, *Einführung zur Deutschen Europäischen Staats-Historie* ab ipso antehac editum, nunc denuo sub prelo sudans, emendatius, & cum continuatione proditurum, *Prælectiones instituet*, neque etiam iis officio suo deerit, qui Historici Studii amore ducti, rariores libros, quos quidem possidet, inspicere grati Amici, voluerint.

MATTHIAS

# MATTHIAS NICOLAVS KORTHOLT,

Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Bibliothecae Praefectus,

**P**ublicis laboribus hora matutina VIII. Vossii Partitiones orationis solide conscriptas ad usum epistolicum & oratorium hodiernum accommodate illustrabit, atque in explanandis ex Ouidii Libris Tristium selectioribus & suauissimis elegiis perget. Insuper priuata industria solitoque more collegium stili epistolicum & oratorium practicum denuo instituet, desiderio pariter nonnullorum eloquentiae ligatae cultorum in excolenda germanica poësi satisfacturus. Deniq; præmissò singulari programmate ad Bibliothecam Academiae aditum aperiet, operam datus, ut assistente Deo in muneris partibus diligenter ac fideliter obeundis nihil desiderandum relinquat.

# IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematum P. P. & Ord.

**P**ublice hora I. post Coruscationis illius singularis d. 17. Mart. in cœlo visæ considerationem ad *Matheos Universalis Objectum & affectiones* perget; privatum vero in *Architectonicis, Mechanicis, Geometricis* atque aliis principiis exercet Domi nos Auditores & Collegium Historico-Phyisco-Geographicum praesenti rerum statui accommodatum, recens adperiet.

# IO. HENRICVS MAIVS, F.

Graccae orientaliumque linguarum Professor.

**P**ublice, hora post meridiem tertia, epistolam ad Ebraeos illustrabit, in eademque tam vocum elegantias quam ritus considerabit. *Priuatum* aut unum alterumue Ebraei codicis vatum obscuriorum, aut *examen historiae Criticae contra Rich. Simonium* a venerando parente nostro editum olim institumque exponet; atque has simul occasione illustriores controversias Philologicas, nostris demum temporibus riatas, cum cura proponet.

## IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Philos. Nat. P. P. Ordin.

**P**ublice, hora pomerid. I. ad Regnum Naturae Animale adi-  
tum patefaciet. Priuatim ad vota ac desideria Nobiliss. Dn.  
Dn. Auditorum se accommodabit, nec deerit, si vel *Institutio-*  
*nes Physicas*, vel *Historiam Naturalem*, vel aliam quam cunque  
præstantissimæ scientiæ partem explicari sibi concupiverint.

## IOANNES GOTTFRIDVS MEIER,

I.V.L. &amp; Prof. Moral. Ordin.

**C**ollegia, quorum nuper iam initium fecit, tam publice quam  
priuatim, per instans hoc semestre, Deo adiuuante, ad finem  
perducet; Praeterea Moralem Doctrinam, ad ductum celeberrimi  
Buddei, priuatim denuo explicabit, nec vlla in re deerit, vbi  
ipsi integrum fuerit, commodium vlliis cuiusdam promouere.

